



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

262. De baptismo, & quo tempore celebrandus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

probè ad potiorem aspiraverit, canonica erga eum definitio conservetur.

De baptismo, & quo tempore celebrandus sit. *Ex canone Apostolorum.*

Can. Apostolor. c. 49.
Burchard. lib. 4. c. 22.

CCLXII. Si quis Episcopus aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paraclitis, abiciatur.

De eadem re. *Ex eodem.*

Can. Apostolor. c. 50.
Burchard. lib. 4. c. 23.

Math. 28.

CCLXIII. Si quis Episcopus aut Presbyter non trinam mersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in baptisinate quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus *In morte mea baptizate*, sed: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.*

Quòd Pascha & Pentecosten sit baptizandum. *Ex epistola Leonis Papa.*

Decreta Leonis I. c. 11.
Burchard. lib. 4. c. 2.

Ibid. c. 12.

CCLXIV. Unde quia manifestissimum patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, id est, Pascha, & Pentecosten, esse legitima, dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis, quia sicut sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est mysticæ rationis exceptio, non interdita licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur.